



# ANNALES ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI  
ANNUS  
600.

GREGORII PAP.  
ANNUS  
II.

MAURITII IMP.  
ANNUS  
15.

I.  
Sclavini  
barbari  
irrum-  
punt in  
Italiam.



EXCENTESIMUS  
adest Domini annus, ter-  
tiae Indictionis, Reipub-  
utique funetus, Sclavis  
sive Sclatinis barbaris eo  
usque progressis, ut jam  
Italiam penetrarent, ipso

S. Gregorio deteriorior adhuc fore pra-  
nunciante. Ad Maximum enim Salo-  
(a) Greg. nitanum Episcopum ista rescriptis (a):  
1.8.c.p. 36. Ad Romanam veniens urbem communis fi-  
Indo. 3. lius presbyter Veteranus, ita me podagræ  
doloribus debilem reperit, ut fraterni-  
tatis tuae epistolis per me respondere,  
nullatenus valuisse. Et quidem de Sclavi-  
orum gente, quæ vobis valde imminet,  
& affliger vobementer, & conturbor.  
Affligor in his quæ jam in vobis patior:  
conturbor, quia per Istræ aditum jam  
Italianum intrare experuntur. Quæ nam au-  
(b) Paul. tem funesta asta sine per hujusmodi bar-  
dia. l.4. baros Sclavos Italianum invadentes, apud  
c.14. in si. Paulum diaconum ita breviter habes (b):  
11. Hoc, inquit, nibilominus anno Sclavi-  
Istriam, imperfectis militibus, lacrymabi-  
liter deprædati sunt. Sed de Chaiano,  
sive Gagano Avarum Rege Venetiam,  
provinciam invadente, Forumque Julii  
insidiis Romildæ relatae Agilulphi Duci  
capiente & comburente, idem Paulus  
Ann. Eccl. Tom. XI.

pluribus narrat (c). Viduata marito, (c) Paul,  
qui eodem tunc bello perierat impudi-  
ca ista femina, spe sumendi sibi mari-  
tum eundem Regem Avarum Chaianum,  
prodidit eidem civitatem. Sed quam di-  
gnam criminè pœnam subierit, ab eodem  
hæc tantum accipe: Postmodum quoque  
palum Rex in medio campo, configi pre-  
cipiens, eamdem ejus cacumini inseri  
mandavit, inquens: Talem te dignum  
est maritum habere. Igitar dira prodi-  
trix patriæ tali exitio periit, quæ am-  
plus suæ libidini quam civium & confan-  
guinorum salui prospexerat. Filiae ve-  
ro ejus non matris libidinem fecutæ, sed  
caſtitatis amorem, caventes ne ab Avari-  
bus contaminarentur, crudorum pullorum  
carnes sibi inter mammillas sub fascia-  
posuerunt, que ex calore putrefactæ odo-  
rem fætidum exhalabant. Cumque vellent  
eas Aves contingere, non sustinentes  
fætem, putabant naturaliter eas ita fæ-  
tere, procul ab eis cum excratione rece-  
dentes, atque dicentes omnes Longobar-  
das putidas esse. Hac itaque arte Ava-  
rum libidinem puellæ nobiles evadentes,  
& ipsæ caſte servatæ sunt, & utile ser-  
vandæ caſtitatis (Si quid tale contigerit)  
feminis omnibus reliquerunt exemplum.  
Quæ postea per diversas regiones venumda-

dia. b.4.

c.12.

Romilda

dignam

sucepit

ob pecca-

tum pœ-

nam.

A      &

GREGORII PAPÆ II.

MAURITII IMP. 19.

I. S annus hac formula notatus: XVIII. post Con-  
sulatum Mauriti Tiberii Aug. solius XVI. ut Postconsul  
habet Chronicon Alexandrinum.

Ad

PAGIUS  
SÆC. VI.  
Anno Eræ  
Hispan. DCXXX.  
VIII.  
A.C. 600.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6093.

○ 21. CB. D 12. P. 10. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 600.